UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De Statu gratiæ requisito, §. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

CAP. I.

De diſpoſitione ſpirituali neceſſaria ad ſumptionem Sacratiſsimæ Communionis.

§. I.

De Statu gratiæ requiſito.

1 PRæter Baptiſmum, & Pœnitentiam, cætera quinque Sacramenta requirunt per ſe, in recipiente, ſtatũ gratiæ. *a* Et ſanè ad Baptiſmum, & Pœnitentiam, licet apta diſpoſitio ſit perfecta contritio; *b* eſt item apta, attritio. At ad cætera Sacramenta, & multo magis, propter majorem Domino Sacramentorum debitam reverentiam, ad Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiendum, requiritur ſtatus gratiæ: ſecus committitur peccatum ſacrilegii: ſcilicet,

a Suarez de Sacr. id eſt to. 3. in 3. p. diſp. 18. ſect. 2. Coninch de Sacr. q. 62. ar. 1 d. 2. Bonac. de Sac. diſp. 1. q. 4 p. 2. n. 2.

b Suar. ib. diſp. 28. ſect. 2.

ut ſancta ſanctè tractentur. Nam
propterea illa duo vocantur Sa-
cramẽta mortuorũ, cætera verò,
quinq; vocantur Sacramenta vi-
vorũ, nempe vivorũ per gratiam,
quæ eſt vita animæ. Cujus dif-
ferentiæ ratio *c* eſt, quia Baptiſ-
mus, & Pœnitentia ſunt inſti-
tuta ad primam gratiam confe-
rendam: ergo illam ſupponere
non oportet: cætera verò cum
ſint inſtituta ad eandem augen-
dam; illam per ſe ſupponere de-
bent.

c *Suarez Con. Bonac. ibid*

2 Dixi (per ſe) nam, per acci-
dens, primam aliquando gra-
tiam, licet illam in anima ne-
quaquam inveniant, valent pro-
ducere. Idque, univerſaliter, in
omnibus, in illo unico eventu
uſu venit; quando quis bona fi-
de, & ſine fraude ſe exiſtimans
eſſe in ſtatu gratiæ, ſuſcipit ali-
quod ex illis vivorum Sacramen-
tis: tunc enim cum ſola attritio-
ne ſupernaturali, quæ ſemper

requi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

requiritur, ut tollatur obex gratiæ, ex vi talium Sacramentorum, primæ gratiæ animam ſanctificantis ornamentum acquirit. *d* Hujus probabilis doctrinæ ratio, pro modo, ſit illa, quia cum gratiæ augmentum haberi non poſsit, niſi prima gratia ſupponatur (ad augmentum enim neceſſario ſupponi debet qualitas, quæ augenda eſt) certè niſi ipſa prima gratia haberetur; nihil haberetur gratiæ, contra finem, ad quem ſunt inſtituta Sacramenta.

An ſint caſus, in quibus cum peccato mortali ſibi cognito communicare non ſit ſacrilegium, dicemus infra §. 9.

§. 2.

An ſit gravius peccatum accedere ad Euchariſtiam cum graviori-bus peccatis, quàm cum minus gravibus.

GRavius eſſe mihi non eſt dubium, *a* quia ſumens

d Suar. de Sacram. diſp. 7. ſect 2. & de Euch. diſp. 63. ſect. 1. §. dico tertio id quod tamen Hurtad. diſp. 8. de Euchar. diſſ. 8. & Vaſq. to 3 in 3. part. ideſt de Euc diſp. 205. C 4. & 5. negant.

a De Lugo de Euch. diſp. 14. ſect. 1. n. 6.